



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

160. An Novitus in articulo mortis constitutus, non expleto probationis
anno, ad professionem admitti possit? Et si moriatur sine testamento. an
succedat in bonis eius Monasterium? Ex p. 3. tr. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

nacione; nominatim etiam eos impugnat Bordonus, trahit de Professione Regulari, cap. 3. quest. 15. Itaque ex omnibus supradictis patet me his diebus in facti contingentia consultum, recte respondere, Novitium non habentem alium Canonicum impedimentum, nisi simplicem prohibitionem, non emitteret, vel admittetur ad Professionem; hoc non obstante, valide illam licet illicet emisisse. Et omnia superius dicta diligenter adnotare volui ad ornatum illius difficultis questionis. An lex prohibens actum etiam illum annulet.

^{Sup. hoc in R. art. 5. p. 15.} 12. Sed si aliquis Curiosus vellit Regularam generali ratione ad cognoscendum quando lex prohibens actionem eundem irriter, difficile est quidem hoc diagnosticare; nec sufficienter, & nominatim a Vasquez diff. 165. cap. 3. cuius Regularas deficeret ostendit Suarez, lib. 5. cap. 27. & Regularis Suarez etiam deficerere probat Merolla tom. 2. diff. 4. cap. 5. difficult. 3. Melius ergo per alios colligitur, num lex, quae prohibet, irritat actionem, scilicet ex confutandis, ex communis intelligentia ita legem explicante; item si non soluta actionem, sed vinculum inde resultans prohibeat, seu si impedit omnem effectum talis actus. Et hanc Regularam proponit Praepositus in par. 2. D. Thomas q. 95. diff. 5. num. 53. qui etiam obseruat unum valde nondum, nempe probabile esse actionem non irritari, quando lex prohibens apponit aliam penam, eod quod Legislator videatur recedere ab illa pena, legge. Non dubium, contentus particulari, quam apponit legi sua. Notentur, vt dixi, omnia apponita in hac Resolutione, quia erunt sati practicabilia, & quotidiana.

RESOL. CLX.

An Novitium in articulo mortis constitutus, non ex parte probationis anno ad professionem admitti possit? Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 17.

^{Si hoc in R. Ref. 1. 1. 1.} 1. Respondeo affirmativè cum Beia part. 4. c. 3. Sanchez, & aliis DD. vbi supra, ex priuilegio Pij V. anno 1570. die 23. Arguit, quod affect Rodriguez in quod. Regul. tom. 6. quest. 15. articul. 6. quidquid in contrarium affectat Ioann. de la Ciuza de stat. relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 3. dub. 6. conclus. 3. Emanuel Sà ver. Religio. numer. 56. affectus dicto priuilegio fuisse postea derogatum à Gregor. XIII.

2. Sed difficultas est, an si dictus Novitius moriat, succedat Monasterium? Pereginus in compend. moniorum priuileg. titul. Novitius. §. 2 in scholio, negat, quia istud priuilegium fuit concessum ad lucrandam indulgentiam plenariam, qua gaudient Religiosi in illo articulo. Deinde priuilegium debet strictè interpretari, quando vergit in præiudicium tertij. Ita Pereginus.

3. Verum ego contrariam sententiam teneo, quam tuerit ex nostra Religione P. Megala in part. 2. lib. 2. cap. 27. num. 50. ex Societe Iesu v. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16. ex Dominicanorum familia P. Zanardus in Direct. Theol. part. 2. cap. 17. ad finem. Idem etiam docent Peirinus in priuileg. Minimorum, tom. 2. Constatit Pij V. §. 2. tom. 2. num. 1. Joannes Suarez in Enchiridio casuum conscienc. lib. 3. ver. de Profess. §. monialis Novitiae. Faustus in Thesaur. Relig. lib. 5. quest. 167. num. 4. & alijs. Ratio est, quia eis professio finis sit consolatio Novitiae, & spiritualis ipsius fructus, & nulla successionis Monasterij in bona mentio ibi fiat; at vbi semel virtute illius priuilegii profectus est, redditur vere in posterum pro-

fessus * nec ad pristinam sanitatem restitutus indiget * Sup. hoc in alia professione, sed fruetur omnibus professorum priuilegiis: at eo ipso, quod aliqua persona proficitur, succedit Monasterium ipsi. Quare Pontifex nulli iuri alterius derogat. Ius enim venientium ab intestato est, ut Novitio decedente ab intestato ipsi succedant; quando autem virtute priuilegii proficitur, non decedit Novitius. Et haec omnia docet Sanchez vbi supra. Ex quibus patet responso ad argumentum Peregrini.

4. Adde quod Megala vbi supra, tenet ex Decio, & aliis, bona Novitij decedentis ab intestato ante emissam professionem, Monasterio acquiri. Ergo multo magis acquiri debent, si tempore mortis Novitius intestatus proficeretur. Vnde secundum sententiam Megala non obstat dicere cum Peregrino, quod priuilegium Pij V. conceditur tantum ad indulgentiam lucrandam, nam opinio Megala non fundatur in priuilegio, sed in dedicatione personæ, & bonorum, quae fit tempore simplicis ingressus in Religionem. Sed ego puto cum Zanardo, Sanchez, & aliis, nolam sententiam esse veram secundum priuilegium Pij V. Quidquid affectat Peregrinus, & Rodriguez tom. 3. quest. 15. articul. 6. Portet in dub. Regul. ver. Novitij. num. 53. Villalobos in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 15. num. 12. & alijs.

RESOL. CLXI.

An in articulo mortis possit dari professio Novitiae! Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium?

Et an in dicto casu, quo fiat professio, Novitius, vel Novitiae conualecens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integrum probacionis, ac iterum proficeri? Ex part. 5. tractat. 3. Resol. 139.

^{Sup. hoc in R. art. 1. 1. 1.} 1. AD hoc dubium ita respondet Hieron. Ro. Rodriguez in Compend. qq. regul. ref. 101. numer. 40. Novitij Ordin. S. Dominici habentes legitimam attarem ad proficendum, in articulo mortis constituti possumt professionem emittere non completo anno probationis, ex Pio V. apud Bullar. Sed hoc ad consolationem spiritualem in foro tantum interiori concessum est, scilicet ad consequendam indulgentiam plenariam. Vnde virtute huius professionis non potest peti hæreditas Novitij defuncti, sed ad suos hæredes ab intestato pertinet. Nec hoc priuilegium est revocatum per Gregor. XIII. in revocatione generali corum, quæ sunt concessa à Pio V. contra ius & Concil. Tridentinum, quia non revocauit in sua constitutione indulcta pertinentia ad forum conscientia, quale est supradictum priuilegium, quo quidem gaudient per communicationem Novitij, & Novitiae aliarum Religionum. Adverte tamen quod Novitius, vel Novitiae conualecens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integrum probacionis, ac iterum proficeri, ibid. articul. 6. & tom. 1. quest. 8. articul. 9. & addit. Sum. tom. 4. cap. 6. 3. num. 4. & 5. Idem docent Henr. lib. 13. de excom. cap. 40. num. 2. in comment. lit. R. Sanchez vbi sup. num. 16. vbi existimat contra nostrum Authorem Monasterium succedere tali Novitiae defuncti eo modo, quo succedit in bona profitentium legitimo anno Novitatus peracto. Sed immerito quia nullo nitore sufficiente fundamento; nam, vt constat ex tenore dictæ concessionis, ea fuit facta ob solatum, & fructum spiritualium Novitiae nempe ad consequendum meritum professionis, & indulgentias, neque unquam Pontifices suis priuilegiis intendunt præiudicare iuri alterius,

^{Sup. hoc in R. art. 1. 1. 1.}

^{Sup. hoc in R. art. 1. 1. 1.}

^{Sup. hoc in R. art. 1. 1. 1.}